



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

De Mappis, parag. [2]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

## §. II.

*De Mappis.*

1. **A**ltare debet esse, ex Rubricis Missalis, tribus Mappis, seu Tobaliis, præter Corporale, in superiori tabula coopertum, Vasquez, *a* & Suarez *b* docent sufficere, præter Corporale duas: Præpositus, *c* iidemque notant posse esse unam duplicatam.

Imo idem Præpositus *d* citans cumdem Suarium, & Azor, ait, non esse improbabilem sententiam dicentem, non peccari mortaliter ab eo, qui cum una Mappa, præter ipsum Corporale, Sacrum in necessitate facit. Necessitas autem hæc erit propter paritatem rationis

*a* Vasquez de Euchar. d. 233. cap. 3. num. 21. *b* Suar. de Sacram. d. 81. sec. 6. § Dico ergo. *c* Prop. 3. par. q. 33. dub. 4. num. 368. *d* Idem ibidem fine.

nis mensuranda , sicuti in simili  
mensuravimus supra c. 3. § 1. n. 4.

Ex qua materia eas fieri oportet  
dicam mox §. 3. à n. 3.

2. Ejusmodi Mappæ non neces-  
sario debent esse benedictæ , ex a  
Suarico , & Layman: b cuius tamen  
contrarium docet Delugo , c sed  
puto id ab ipso affirmari ex con-  
gruitate, nam ceterum ibidem post  
pauca d ipse docet, & nos infra di-  
cemus , certum esse in universum  
non omnia , quæ in Rubricis Mis-  
salis exiguntur , afferre obligatio-  
nem gravem , nisi aliunde constet  
de Ecclesiæ præcepto , at non ha-  
bemus unde cum tanto rigore eius-  
modi benedictio Mapparum exiga-  
tur.

3. Immo , satis benigne , Lay-  
man e affirmat , posse Mappam  
mundam

a Suar. de Sacr. loc. cit. b Laym.  
l. 5. tr. 5. cap. 6. n 11. fine. c Delugo  
d. 20. de Euch. sect. 2. n. 76. d Ibid.  
n. 76. e Laym. dicto l. 5. tr. 5. c. 6. n. 11  
fine citans Azorium & Sà.

mundam profanam non benedictam assumi, adornandum Altare, pro celebranda Missa, ubi deesset, benedicta, & finito sacro, reddi ad usum priorem profanum. Ratio est, (inquit) quia de harum Mapparum benedictione nihil in jure sanctum est.

## §. III.

*De Corporali, Palla, Purificatorio.*

I. **C**orporale, ut & Palla, quæ est pars Corporalis (olim enim, ut nunc etiam sit apud Ecclesiæ Orientales, cum parte Corporalis cooperiebatur Calix) & in qua, si esset capax, posset consecrari; benedicta esse omnino a debent. Nec serica sint, vel alterius materiæ, sed linteæ, b & quidem alba, nisi quod Corporale in extimis parti-

a Delugo d. 20. de Euch. sed. 2. n. 76  
aliique. b Idem & passim.